

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

2. Corpus humanum in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Id est, cuius voluptates vlerosx, & volatiles, multisque permixta doloribus: dolores vero meri, diuturni, & voluptatum expertes.

etura scripsit, non modo est accuratus in rebus, sed in Hyllo etiam plurimum habet dignitatis. Ex eo igitur descriptiones aliquot nobiliorum partium afferemus.

## CORPVS HVMANVM IN generere.

### Descriptio II.

**D** EUS igitur solidamenta corporis, quae ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuicem nervis alligavit, atque constringit: quibus mens si excurrere, aut resistere velit, tanquam retinaculis veteretur, & quidem aulio labore, nulloque conatur, sed vel minimo nutu, totius corporis molem temperaret, ac secesseret, hec autem visceribus operuit, ut quemque locum decebat, utque ossa solida regenerentur. Ita visceribus ipsius venas admiscentur, quafirios per corpus omnia diuisos, per quas diffidens humor & sanguis vniuersa membra succis vitalibus irrigaret: & ea viscera formata in eum modum, ut quid vnicuique generi aptum fuerit, superiecta pelle contexit: quam, vel sola pulchritudine decorauit, vel setis adoperuit, vel squamis muniuit, vel plumis insignibus adornauit. Illud verò commentum Dei mirabile, quod vna dispositio, & vnu habitus innumerabiles animantia præferat varietates.

Nam in omnibus ferè, quæ spirant, eadem series, & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa cernix. Item collo petitus adiunctum, & eo prominentes armi, adhærentes pectori venter. Item huic subnexa genitalia. Ultimo loco femora, pedesque. Nec solum membra suum tenorem, ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in ore dentes & lingua.

### Nota.

Hac Laetantius libro de opificio Dei cap. 7. Suaus est, & ingeniosus in eodem argumento Ambrosius, Hexameri libro sexto, capite nono, D. Gregor. Nazianzen. orat. 34. & alij innumeri, qui eandem materiam attigerunt. Sed iuxat in iste, etiam Medicos audire, qui hac tamè accuratius desribunt, quantè norunt melius, inter quos, & nostro sculo Lauren- tius, in eo libro, quem de hac humani corpori trax-

## C A P V T.

### Descriptio III.

**H** OMINEM ob naturæ maiestatem miraculum miraculorum, animal adorandum & venerandum, à sapientissimis Ægyptiorum Sacerdotibus appellatum fuisse constat. Maiestatis porro imaginem licet ubique habeat expressam: lucent tamen in capite plures diuinitatis illius, & principatus animæ radij. Quid sine capite est homo? iacet mercurius, iacet sine honore, sine nomine, quasi truncus imersus, & ignobilis: sola Principum capita, auro, ære, marmore sculpta in pretio sunt, per caput iurabant veteres, capitibus nutu pacta confirmabant, caput ubique plenissimum maiestatis: at illud ipsum solius cerebri gratia construetum est, cuius domicilium, & propinquaculum à Principe Medicorum appellatur.

Et Laurentio: Item.

## C E R E B R U M.

**E**S T hoc viscerum excelsissimum, proxi Plinius l. 11. munisque celo, hanc habent sensus arcem munitionem; hic culmen, hic vigor, hic mentis est regimen, est cerebrum non modo sensuum sedes, & motuum προσπίτην artifex, membrorum vastissimas moles, & musculorum præsumpta corpora nervorum fibris, quasi funiculis, non sine admiratione trahens, sed & sapientiae est domicilium, memoria, iudicij, cogitationum, quibus opifici Deo humanum genus redditur simillimum.

Plato diuinissimum hoc appellat membrum, nec solum præcipuum, sed etiam torum in corpore. Homerus οὐρανὸν nominat, quod ainstar primi orbis, eius vi, ac illustratione inferiora moueantur, ac sentiantur: hic sacra Palladis arcem Poeta locant, dum cam Iouis cerebro natam fingunt: propterea à cerebri clu, tanquam a res sacra abstinebant veteres, & sternutantibus bene precabantur.

Sff

Quod